



Per.  
Lat  
020

## LATIN NYELVŰ LAP A TANULÓIFJÚSÁG SZÁMÁRA

Moderator (szerkesztő — Schriftleitung) Ios. WAGNER  
DR. Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon :  
68—6—34), ad quem epistulae et manuscripta mittantur

Administrator (kiadó — Geschäftsstelle) AL. REGÉNYI,  
Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 42—2—15), ad quem  
pecuniae dirigantur. (Postatak. csekksz. 57.292.)

Prodit Budapestini decies in anno. Pretium subnotationis an. 1935—36. est pro Hungaria 3 pengő; pro exteris  
nationibus 4 pengő.

## DANIEL BERZSENYI.

Scripsit Carolus Ács.

Hic annus est centesimus, cum pridie Kal.  
Mart. Daniel Berzsenyi, nobilis Hungarorum  
poeta e vita excessit. Tantis is poeticae laudibus  
ac virtutibus floruit, ut  
sit dignissimus, cui ab  
universa natione iusta  
impertiatur<sup>1</sup> veneratio,  
neque nos facere pos-  
sumus, quin lectoribus  
nostris tanti viri me-  
moriā redintegremus.<sup>2</sup>

Daniel Berzsenyi na-  
tus est a. 1776. pridie  
Non. Mai. in vico Egy-  
házashetye, in comitatu  
Vas. Qui vicus situs est  
in amoenissimo tractu<sup>3</sup>  
Kemenesalja modo pla-  
no, modo leniter<sup>4</sup> de-  
clivi<sup>4</sup> aut molliter<sup>4</sup> ac-  
clivi,<sup>4</sup> arvorum<sup>5</sup> ac pra-  
torum, virectorum<sup>6</sup> ac  
silvarum vicissitudine,<sup>7</sup>  
longis altarum pōpolo-  
rum ordinibus distincto.  
Pone<sup>8</sup> silvarum reces-

sum<sup>9</sup> ex plano assurgit vitibus consitus<sup>10</sup> «pro-  
cul nigrans» solitarius<sup>11</sup> mons Ság. Ibidem mihi  
nato et educato — heu fugaces annos! —  
quam saepe subit<sup>12</sup> ani-  
num<sup>12</sup> bellissimae illius  
regionis atque ibi tam  
feliciter transactae pue-  
ritiae dulcis eademque  
tristis imago! Pater  
Berzsenyi filium primis  
annis in firmum, et aegro-  
tantem, ut corroboraret,  
satis solutam<sup>13</sup> et a se-  
veritate disciplinae libe-  
ram vitam ruri agi-  
tare sinebat atque puer

<sup>1</sup> részesüljön = zuteil werden  
<sup>2</sup> felűít = auffrischen

<sup>3</sup> vidék = Gegend

<sup>4</sup> hullámos = wellenförmig

<sup>5</sup> szántóföld = Acker

<sup>6</sup> zöld mezők = grüne Fluren

<sup>7</sup> váltakozva = Abwechslung

<sup>8</sup> mögött = hinter

<sup>9</sup> háttér = Hintergrund

<sup>10</sup> beültetett = bestanden

<sup>11</sup> magábanálló = alleinstehend

<sup>12</sup> megszállja = beschleicht mich

<sup>13</sup> korlátlan = ungebunden





magis cum collusoribus<sup>14</sup> rusticis sub<sup>15</sup> divo<sup>15</sup> puerilibus lusionibus et corpore exercendo, quam discendo tempus terebat. Itaque hac effusa<sup>16</sup> sese agendi libertate ex invalido ac molli filius evasit adulescens valens et fortis, sed idem ferox ac protervus.<sup>17</sup> Pater eum XIV. annum agentem, ut in gymnasio evangelicorum liberalibus studiis erudiretur, Sempronium (Scarabantiam) misit. Quamquam domi leviter erat institutus, ingenii<sup>18</sup> tamen acumine,<sup>18</sup> quo pollebat,<sup>19</sup> aequales in studiis litterarum facile adaequavit. At ferociam animi ex tanta licentia assumptam in urbe intemperantius expromebat.<sup>20</sup> Saltando et luctando nemini<sup>21</sup> secundus.<sup>21</sup> «Ego» inquit ipse Berzsenyi, «inter aequales Hungaricum in modum saltandi peritissimus fui; equum, hominem, mensam transilire mihi ludus erat. Sempronii solus 12 Germanos pulsavi pulsatosque in lacum suburbanum conieci.»

Post mortem matris militiae<sup>22</sup> nomen<sup>22</sup> daturus<sup>22</sup> gymnasium repente reliquit. Quod cum rescivisset<sup>23</sup> pater, filium confestim domum reduxit. Sed anno post iterum rediit in gymnasium Sempronense, rhetorics ut studiis vacaret. Verum naturā ferox et altioris<sup>24</sup> spiritus<sup>24</sup> adulescens disciplinae<sup>25</sup> severioris impatiens studiaque litterarum trita<sup>26</sup> et obsoleta<sup>27</sup> perosus<sup>28</sup> gymnasio in perpetuum valedicto a. 1796. patriam domum se contulit. Hic patris iussu agro colendo operam dans clam sine<sup>29</sup> arbitris<sup>29</sup> in poesim, cuius amore iam in gymnasio inflammatus quosdam versiculos Gessneri et Matthisonis Germanorum poetarum vestigiis insistens auspicatus<sup>30</sup> erat, nocturnas impendit<sup>31</sup> horas. Verum enim inter patrem austerioris<sup>32</sup> moribus<sup>32</sup> et filium identidem<sup>33</sup> simulates<sup>34</sup> et offensae<sup>35</sup> ortae eo eum compulerunt, ut Susanna Dukai Takacs in matrimonium ducta domicilium in vico Sömjén constitueret, ut sui<sup>36</sup> iuris<sup>36</sup> factus praedia a matre heredetario iure accepta coleret vitamque viveret liberam, liquidam<sup>37</sup> et tranquillam. Hic in secessu in praediis occupatus administrandis cum uxore satis beate vixit arcanā et intimā cum poeticā familiaritate<sup>38</sup> iunctā.<sup>38</sup> At carmina, quae noctu elucubraverat, et uxorem et amicos celavit,<sup>40</sup> neque unquam editurus erat Sed aliter atque sibi rem proposuerat, evenit. Ventitarat ad eum Ioannes Kis, sacerdos evangelicus vici Dömölk,

Sömjén vicini. Is cum Berzsenyium ad mensam scriptitatem quiddam forte offenderet,<sup>41</sup> Berzsenyi scidas<sup>42</sup> sollicitā manu obtexit interrogatusque, num quid carminum scriptitasset, nullo reddito responso in alias res sermonem avertit.<sup>43</sup> Sed cum a Ioanne Kis iterum atque iterum ad mensam inveniretur scriptitans quae situs, an carmina<sup>44</sup> pangeret,<sup>44</sup> rubore<sup>45</sup> suffusus<sup>45</sup> tandem se huiuscmodi nugis<sup>46</sup> oblectavisse confessus est. Mox carmina Ioanni Kis iudicanda tradidit. Is cum summa admiratione se leonis unguis videre ait et rogante Berzsenyio Francisco Kazinczy aliquot carmina existimandi<sup>47</sup> causa<sup>47</sup> misit. Kazinczy litterarum Hungaricarum revirescentium<sup>48</sup> acerrimus auctor et fautor dehinc amore eum amplexus crebro<sup>49</sup> epistolarum<sup>49</sup> commercio<sup>49</sup> intercedente<sup>49</sup> in intimae eius amicitiae<sup>50</sup> consuetudine<sup>50</sup> permansit.<sup>50</sup> A. 1808. Niklam in comitatum Somogy transmigravit, ubi in praediis suis administrandis et carminibus pangendis versabatur. Carmina eius seminariorum catholicorum alumnorum munificentia ardentique litterarum amore pecuniā, quae in impensam<sup>51</sup> editionis eroganda<sup>53</sup> erat, collatā a. 1813. foras<sup>52</sup> data<sup>52</sup> sunt. Iam fama poetae totam pervagatur patriam et nomen eius ubique nobilitatur.<sup>54</sup> A. 1817. vero ad sollemnia<sup>55</sup> ludorum Heliconiorum a comite Georgio Festetics in oppido Keszthely celebrata honorificentissimā

<sup>14</sup> játszótárs = Spielgenosse    <sup>15</sup> szabadban = im Freien  
<sup>16</sup> zabolátlan = ausgelassen    <sup>17</sup> csintalan = mutwillig    <sup>18</sup> élesszúság = Geistescharfe    <sup>19</sup> rendelkezett = bedacht war  
<sup>20</sup> szabadjára ereszette = die Zügel schiessen liess    <sup>21</sup> senkinek sem maradt mögötte = hinter niemandem zurückstand    <sup>22</sup> katonának akart beálni = wollte sich zum Militärdienst melden    <sup>23</sup> megtudta = erfuhr    <sup>24</sup> nagyratörő = hochstrebend    <sup>25</sup> fegyelem = Zucht    <sup>26</sup> elcsépelt = abgedroschen    <sup>27</sup> elavult = veraltet    <sup>28</sup> megúnya = überdrüssig werden    <sup>29</sup> szemtanuk nélkül = unbelauscht    <sup>30</sup> kísérletezett = sich versucht hatte  
<sup>31</sup> fordította = verwandte    <sup>32</sup> mogorva = griesgrämig    <sup>33</sup> többizben = immerwieder    <sup>34</sup> gyüllökédés = Gehässigkeiten    <sup>35</sup> összeütközés = Zerwürfnisse    <sup>36</sup> önálló = selbstständig    <sup>37</sup> zavartalan = ungetrübt    <sup>38</sup> viszonyba lépett = ging ein Verhältnis ein    <sup>39</sup> kidolgozott = ausgearbeitet hatte    <sup>40</sup> titkolta = verheimlichte    <sup>41</sup> meglepette = überraschte    <sup>42</sup> cédula = Zettel    <sup>43</sup> terelte = ablenkte    <sup>44</sup> verseket ír = dichten    <sup>45</sup> elpirulva = errötend    <sup>46</sup> semmiség = Nichtigkeiten    <sup>47</sup> megbírálára = zur Beurteilung    <sup>48</sup> újraéledő = wiederaufleben    <sup>49</sup> sűrű levelezésben állva = im regen Briefwechsel stehend    <sup>50</sup> benső baráti viszonyban maradt = verharrete in innigem Freundschaftsverhältnis    <sup>51</sup> költségére = Bestreitung der Kosten    <sup>52</sup> kiadták = wurde herausgegeben    <sup>53</sup> kifizetni = verausgaben    <sup>54</sup> dicsőítették = wurde verherrlicht    <sup>55</sup> ünnepségek = Festspiele

invitatione arcessitus<sup>56</sup> summis honoratur honoribus. Sed eodem anno etiamdum atra<sup>57</sup> bili<sup>57</sup> laborantem<sup>58</sup> existimatio carminum a Francisco Kölcesey nimis severe, ne dicam inique exercita usque eo perculit,<sup>59</sup> ut tranquillitatem animi et aequitatem<sup>60</sup> iam non reciperet.<sup>61</sup> A. 1835. exeunte editionem operum suorum paratus Budam ire cogitabat,<sup>62</sup> sed a. 1836. ineunte morbo insanabili correptus<sup>63</sup> animam candidam<sup>64</sup> efflavit.<sup>65</sup>

Berzsenyianorum carminum volumen tenuerat et exile<sup>66</sup> est atque sunt eorum quaedam, praesertim quibus Matthisonem imitatus est, quae quidem, haud magni<sup>67</sup> ducenda<sup>67</sup> sunt, verumtamen nonnulla aeternum<sup>68</sup> valitura<sup>68</sup> in universitate<sup>69</sup> carminum tamquam gemmae<sup>70</sup> inclusae splendent. Est in his maximus vigor<sup>71</sup> et vis,<sup>71</sup> verborum mira granditas,<sup>72</sup> astricta<sup>73</sup> sententiarum brevitas, sublimitas<sup>74</sup> elatior,<sup>74</sup> eminens<sup>75</sup> imaginum et similium<sup>76</sup> evidenter,<sup>77</sup> epithetorum color ac nitor, vocabulorum<sup>78</sup> audax et felix copulatio.<sup>78</sup> Berzsenyi in Horatianorum carminum indolem<sup>79</sup> non ita se insinuavit,<sup>80</sup> ut alter fieret Horatius, sed Horatianae poesis summam<sup>81</sup> in se<sup>82</sup> transfuscum<sup>82</sup> ita in suum transfiguravit<sup>83</sup> masculum<sup>84</sup> animum, ut grandior atque aliis ac Horatius evaderet poeta.

<sup>56</sup> meghívá = berufen    <sup>57</sup> búskomorság = Schwermut    <sup>58</sup> szenvendő = leidend    <sup>59</sup> megrendítette = erschüttete    <sup>60</sup> eggensúly = Gleichgewicht  
<sup>61</sup> visszanyer = wiedererlangen    <sup>62</sup> akart menni = wollte nach  
<sup>63</sup> esett = verfiel    <sup>64</sup> nemes = edel  
<sup>65</sup> kilehelte = hauchte aus    <sup>66</sup> kicsi = gering    <sup>67</sup> nem nagy értékű = nicht hochwertig zu achten    <sup>68</sup> örökértékűek = von Ewigkeitsdauer  
<sup>69</sup> együttesében = in der Gesamtheit    <sup>70</sup> ékűk = Edelstein    <sup>71</sup> erőteljesség = strotzende Kraft    <sup>72</sup> a szavak fenségessége = Erhobenheit im Ausdruck    <sup>73</sup> tömör = gedrängt    <sup>74</sup> elragadottság = Entzückung    <sup>75</sup> plasztikus = plastisch    <sup>76</sup> hasonlat = Gleichnis  
<sup>77</sup> szemlélhetőség = Anschaulichkeit    <sup>78</sup> szóösszetétel = Wortzusammensetzung    <sup>79</sup> jelleg = Charakter    <sup>80</sup> behatol = eindringt  
<sup>81</sup> lényeg = Wesensart    <sup>82</sup> magába olvasztva = in sich verschmelzend  
<sup>83</sup> átgyúrta = verwandelte    <sup>84</sup> férfias = männlich

## De Carolo Magno.

Germaniae gentes a Carolo Magno adunatas<sup>1</sup> esse inter omnes constat. Iam a patre Pipino et avo Carolo Martello cum vicinis bella gesta sunt de principatu. Carolus multis bellis ferociter gestis Langobardos, Bavarios,<sup>2</sup> Avaros, Saxones vicit. *Saxones* prae<sup>3</sup> ceteris et libertatem et patrios deos retinere volebant. Quare per 33 annos rebellaverunt contra Caroli, Francorum regis, duritiam et constantiam. Bruno et Hessius, Saxonum orientalium duces, iam tertio belli anno Caroli legibus se subiecerunt. *Widukindus*, Saxonum occidentalium dux, per 13 annos scutum et gladius gentis suae fuit. Quam crudele iudicium Caroli fuit, qui 4500 Saxonum captorum capitum damnaverit! Tandem *Widukindus* anno 785. arma abiecit et baptismum appetivit. Duce pacato Saxones viginti per annos bellare perrexerunt. Tanta fuit Germanorum septentrionalium libertatis cupiditas et pertinacia.<sup>4</sup>

Carolus ea condicione cum Saxonibus pacem fecerat, ut christianam fidem omnes acciperent. Dura fuit condicio viris antiquos mores servantibus. In sacris lucis sacra fiebant secreta. Quare Carolus legibus nimis duris vetustatis

asseclas<sup>5</sup> persecutus est. At multi Saxones novae religionis doctrinam et instituta sinceris mentibus amplexi sunt. Quare Carolus in finibus Saxonum *Episcopos* constituit, a quibus gens sensim fide imbuta<sup>6</sup> est. Sed prudens Francorum rex, ut Saxonum iuventutem sibi conciliaret, *scholas* instituit in coenobiis,<sup>7</sup> in domibus Episcoporum, in domibus Palatinis. Carolo non tantum Mars, sed etiam Minerva<sup>8</sup> placuit.

Quodsi bellandi artem, bellorum amplitudinem,<sup>9</sup> vi-



<sup>1</sup> egyesít = vereinigen    <sup>2</sup> bajor = Bayern    <sup>3</sup> inkább, mint = mehr als    <sup>4</sup> makacsság = Hartnäckigkeit  
<sup>5</sup> hívei = Anhänger    <sup>6</sup> megismertet = vertraut machen    <sup>7</sup> kolostor = Kloster    <sup>8</sup> tudomány = Wissenschaft  
<sup>9</sup> terjedelem = Umfang

res inexhaustas, agendi constantiam expendimus, viri ingenium admiremur necesse est. Vere dignum et iustum fuit Caesareae potestatis insignia<sup>10</sup> viro tanto tradi. Quod factum est anno 800.

Albertus *Dürer*, pictor egregius, Caroli Magni imaginem saeculo XVI. delineavit et coloribus pulchris distinxit. Si quis vult imaginem videre, adeat museum Germanicum Norimbergense.<sup>11</sup> En corona cruce ornata, en gladius iudicantis regis et terrae globulus cruce insignitus in manu imperatoris omnia gubernantis. In scuto<sup>12</sup> sinistro videmus aquilam imperatoris, in scuto dextero lilia<sup>13</sup> regni Burgondionum.<sup>14</sup> Quamquam vetustiores pictores fa-



ciem habitumque Caroli minus festivum expresserant, Dürer maiestatem Caesaris, magnitudinem animi, splendorem gloriae delineare et illustrare voluit. Multa sunt de Carolo artium fauatore, doctorum virorum amico, Pontificum patrono dicenda. Sed calamus<sup>15</sup> non sufficit. Repetamus longa regis itinera, diuturna bella : ille vir nomen clarissimum sibi paravit, immo ab adversariis Saxonibus laudatur.

Lapides Carolini in silva amoena prope Osnabrugam<sup>15</sup> sitā a multis peregrinis visuntur. Nam quis antiquitate non allicitur? Saxa en habemus pondere dirupta aut temporis dente edaci erosa.<sup>16</sup> Olim saxum magnum tamquam mensa 8—10 pedibus sustentabatur. Talia monumenta ubique in regionibus septentrionalis Germaniae inveniuntur. Priscis temporibus sive aetate<sup>17</sup> neolithica,<sup>17</sup> ut aiunt maiores nostri eiusmodi sub monumentis mortuos sepeliverunt. Verisimile est a sacrificulis<sup>18</sup> in saxeis aris equos mactatos esse in honorem Wodani seu Iovis. Vulgus fabulatur lapidem «Carolinum» a Carolo yiminis<sup>19</sup> ictu<sup>20</sup> con-

fractum esse ad demonstrandam fidei christiana-  
nae veritatem. Relinquamus fabulosa fabula-  
toribus. At antiquitus traditum est non procul  
a lapidibus Carolinis in silva primum Missae  
sacrificium a missionariis oblatum esse aetate  
Caroli Imperatoris. Quare crucis signum illo  
loco erectum septemque fagis<sup>21</sup> saeptum<sup>22</sup>  
conspicitur. Nihil gratius est historiae amatori  
quam verno tempore silvas illas perlustrare et  
res a Francis Saxonibusque gestas recordari.  
Caroli Magni et Widukindi ducis nomina in  
qualibet domo Saxoniae Inferioris<sup>23</sup> nota sunt.

Sato

<sup>10</sup> jelvény = Symbole <sup>11</sup> Nürnberg <sup>12</sup> címeres pajzs = Wappenschild <sup>13</sup> liliom = Lilie <sup>14</sup> burgundi = burgundisch <sup>15</sup> toll = Feder <sup>16</sup> Osnabrück <sup>17</sup> kirág = zerfressen <sup>18</sup> toll = Feder <sup>19</sup> jüngere Steinzeit <sup>20</sup> táltos = Opferpriester <sup>21</sup> fűzfavessző = Weidenrute <sup>22</sup> ütés = Schlag <sup>23</sup> bükkfa = Buche <sup>24</sup> elkerít = eingeschlossen <sup>25</sup> Alsó-Szászország = Niedersachsen

## De Luciano eiusque dialogo.

quo Goethe in carmine «Zauberlehrling» (Artis magicae alumnus) usus est.

Argumentum carminis Goetheani «Zauberlehring» e Luciani dialogo, qui inscribitur «Philopseudes»<sup>1</sup> sumptum esse *Sruwe*, doctissimus ille philologus Germanus ostendit in opere: «Duo carmina epicolyrica»<sup>2</sup> Goetheana, fontibus Graecis comparata,<sup>3</sup> ex quibus illa hausta sunt, Regiomonti,<sup>4</sup> anno 1826.»

In illo enim dialogo Luciani (cap. 33—36.) Eucrates Atheniensis narrat se, cum in Aegypto viveret, iuvenem adhuc, una cum Pancrate, homine Memphitico,<sup>5</sup> doctrinae<sup>6</sup> omnis Aegyptiae consulto<sup>7</sup> navigasse eumque multa sibi impertivisse<sup>8</sup> arcana et tandem sibi persuasisse, ut servis omnibus Memphi relictis solus se sequeretur, neque enim defuturos<sup>9</sup> ministros.

«Quoties in stabulum<sup>10</sup> quoddam veneramus,  
sumptum ille vir vectem<sup>11</sup> de ianua,<sup>11</sup> aut  
scopas,<sup>12</sup> aut pistillum<sup>13</sup> adeo vestibus induebat,  
et carmine quodam pronunciato,<sup>14</sup> ut incederet  
efficiebat et ut aliis omnibus homo esse videre-  
tur: isque abiens et aquam hauriebat, et


1 Á hazugság barátja = Lügenfreund      2 ballada =  
 Ballade      3 összehasonlítva = verglichen      4 Königsberg  
 5 memphisi = aus Memphis      6 tudomány = Wissenschaft  
 7 jártas, tudós = kundig      8 részletet = mitteilen      9 nem  
 lesz majd hiányuk = es würde ihnen niemals fehlen  
 10 vendéglő = Herberge      11 ajtóreteszélő rúd = Balken  
 zum Verrammeln der Tür      12 seprő = Besen      13 mozsár  
 törő = Mörserkeule      14 varázsformulát mondva = durch  
 Hersagen einer Zauberformel

obsonabat,<sup>15</sup> parabatque cibos, omnibusque in rebus dextre<sup>16</sup> operam nobis dabat ministrabatque. Tum ubi satis ministerio<sup>17</sup> illius usus esset, rursus scopas scopas, aut pistillum pistillum carmine alio pronunciato reddidit. Hoc ego maximo studio non potui tamen impetrare ab eo, ut discerem; in hoc enim invidebat, licet ad alia esset promptissimus. At certo tandem die clanculum<sup>18</sup> sublegi<sup>19</sup> incantationem<sup>19</sup> (erat vero trium syllabarum), prope astans in angulo tenebricoso. Atque ille in forum abiit, cum praecepisset pistillo, quid facto opus esset. Ego vero postridie illius diei, ipso aliiquid in foro negotii habente, sumo pistillum, exornatumque,<sup>20</sup> dictis similiter syllabis istis, aquam afferre iubeo. Cum vero plenam amphoram<sup>21</sup> attulisset, «Desine, inquam, neve amplius affer aquam, sed rursus esto pistillus!» At ille non amplius parere mihi voluit, verum afferre aquam perrexit,<sup>22</sup> donec aquā hauriendā domum opplevisset.<sup>23</sup> Ego consilii inops<sup>24</sup> (metuebam enim, ne aegre ferret rediens Pancrates, quod etiam factum est), securi arreptā<sup>25</sup> bifariam pistillum dissecō. Sed utraque illa pars, captis amphoris, aquam ferebat, ac pro uno duo mihi iam erant ministri. Inter haec adest Pancrates, intellectoque quid actum esset, illos iterum ligna fecit, ut ante incantationem fuerant; ipse vero clam me relicto, subduxit se<sup>26</sup> nescio quorsum, et conspici desiit.

Nunc igitur, inquit Dinomachus, adhuc illud nosti certe, hominem facere ex pistillo? Per Iovem, inquit, ex dimidia quidem parte: Neque enim licet mihi in pristinam eum formam reducere,<sup>27</sup> cum semel factus est aquarius:<sup>28</sup> sed elueretur<sup>29</sup> nobis illo semper hauiente domus.»

Lucianus patriam habuit Samosatam, urbem Syriae ad fluvium Euphratem et vixisse videtur ab anno Christi 120—200. Parentes eius parvis<sup>30</sup> opibus et facultatibus praediti<sup>31</sup> filium arti statuariae<sup>31</sup> addixerunt<sup>32</sup> tradideruntque eum avunculo, statuario. A quo cum puer nimis duriter haberetur,<sup>33</sup> Antiochiam se recepit, studiis rhetoriciis operam

navaturus. Postquam causis dicendis inclaruit,<sup>34</sup> rhetorcam professus, varias per Asiam, Graeciam, Macedoniam, Italiam et Galliam, usque ad Oceanum, suscepit peregrinationes.<sup>35</sup> Sed, cum neque haec conditio ei placuisse, aggressus est philosophiam, moribusque ad exemplum Socratis inseriens<sup>36</sup> in quaedam hominum vitia asperius scriptis suis inventus est.<sup>37</sup> Marco Antonino imperatore in Aegypto invenimus Lucianum, missum ab imperatore partis provinciae procurandae causā ibique senio confectus nonagenarius decessisse dicitur. — Lucianus multa scripsit opera, ex quibus eminent Timon, sive Misanthropus, Dialogi deorum, Dialogi mortuorum, Iuppiter tragoeus, etc., quae omnia scripta eius multā sane eruditione et urbanā festivitate<sup>38</sup> commendantur. — In dialogo, cui in-



scripsit Philopseudes, Tychiades quidam varias narrat fabulas, incredibilis aequa ac horrendas amico suo Philocli, quas in domo Eucratis audierat. Namque ibi frequentes convenere viri venerabiles, sapientia omni et virtute praediti de unaquaque philosophorum secta,<sup>39</sup> in iis Cleodemus Peripateticus, Dinomachus Stoicus, Ion, etiam ex medicis Antigonus. Qui omnes praeter necessitatem longe mendacium veritati praepontentes alius alium fictis incredibilibusque narrationibus decipere gau-

<sup>15</sup> bevásárol (ebédevalót) = für die Küche einkaufen  
<sup>16</sup> nagy ügyességgel = mit grossem Geschick <sup>17</sup> szolgálát = Bedienung <sup>18</sup> alattomban = im Geheimen <sup>19</sup> kihallgattam a varázsszavakat = höre ich die Zauberformel an <sup>20</sup> felőltöztem = kleide sie an <sup>21</sup> korsó = Krug <sup>22</sup> tovább folytatta a vízhordást = trug immer Wasser <sup>23</sup> eláraszt = überschwemmen <sup>24</sup> tanáctalanságomban = in meiner Ratlosigkeit <sup>25</sup> fejzsét ragadok és = ergreife eine Axt <sup>26</sup> eltűnik = verschwinden <sup>27</sup> régi alakjába visszavarázsolni = sie wieder zu dem zu machen, was sie früher war <sup>28</sup> vízhordozó = Wasserträger <sup>29</sup> eláraszt = überschwemmen <sup>30</sup> szerény anyagi javakkal rendelkezik = wenig bemittelt <sup>31</sup> szobrászat = Bildgiesserei, Bildgiesskunst <sup>32</sup> szán vminek = zu etwas bestimmen <sup>33</sup> túlságosan kemény bánmódban részesül = zu streng behandelt <sup>34</sup> híressé vált = berühmt werden <sup>35</sup> utazás = Reise <sup>36</sup> szenteli magát = sich mit Eifer auf etwas legen <sup>37</sup> rátámad, korhol = schelten <sup>38</sup> finom elmésség, élc = Artigkeit, scherzende Rede <sup>39</sup> iskola = Schule

debant. Ibi disputabatur de morborum curatione, quo modo nempe, et dextrā an sinistrā manu esset dens mustellae<sup>40</sup> humi tollendus, certā quadam ratione interfectae et in excoriati<sup>41</sup> leonis pelle deligandus ac deinde cruribus circumponendus, ut dolor cessaret. Alius quidam vir, prudens sane et admirabili sapientā enarravit, quo modo Midas vinito,<sup>42</sup> quem serpens momorderat, a Babylonio quodam homine esset sanatus, carmine aliquo electo de corpore veneno. — His et talibus miraculis fabulatores Tychiadi persuadere studebant, uti putaret daemones quosdam esse et spectra,<sup>53</sup> et vitā functorum animas in terra vagari et quibus vellent, apparere. Sed Tychiades usque incredulus non potuit adduci, ut has res mirificas crederet et non decere ratus se solum contradicere omnibus, reliquit eos.

E. Fray.

<sup>40</sup> menyét = Wiesel      <sup>41</sup> lenyúz = die Haut abziehen  
<sup>42</sup> vincellér = Winzer      <sup>43</sup> kísértet = Gespenst

### Fuga mea ex Transsilvania. (3)

Historia vera. Commentarios *Victoris Maderspach* Latine libere reddidit *I. Guelmino.*

In fossa<sup>29</sup> militari<sup>29</sup> cum patellam<sup>30</sup> ferream<sup>30</sup> invenio, sarmenta<sup>31</sup> ad coffeam conquiero minuoque.

Felicissimus sum, cui contigit persecutoribus elusis<sup>32</sup> his deliciis: coffeā coctā frui. In sole sedenti, cum aura recentissima<sup>33</sup> etiam fumum odorificat, polenta nunquam in vita mea sic mihi sapiebat.<sup>34</sup> Adhuc etsi totā nocte progressus, optime durabam<sup>35</sup> labores, nunc fame depulsā, ut in sole apricot,<sup>36</sup> in hoc silentio sollemini, somnum in palpebris<sup>37</sup> semper maiore et dulciore onere agravescere sentio et securus in herba perbrevi tempore addormio. Duabus fere horis quieti datis experrectus sum<sup>38</sup> algore,<sup>39</sup> superque prunas<sup>40</sup> nonnullis sarmentis adiectis flamas excito<sup>41</sup> et coenam repetens lardo tosto<sup>42</sup> polentāque et quod remansit coffeeae optime exsatiatus, inspicio, quomodo sim cibariis praeditus.<sup>43</sup> Optime. Cum igitur iam hora tertia post meridiem exacta esset, collem arduum<sup>44</sup> ascendi, cuius per dorsum ad occidentem versus usque ad vesperum cursu tendebam contento.<sup>45</sup> Passim nives, leviter autem evitari poterant et ubique reliquiae pugnarum. Vespere igitur facto, locoque ad noctem quiete peragendam invento ramalibus<sup>45</sup> lignisque collectis ignem flammaram<sup>47</sup> feci et sic mihi misero extorri<sup>48</sup> bene pasto in calore amoeno noctem peragere somnoque plane recreari contigit. Hic saltus *Bilug* nominatur.

Die in sequenti in vallem *Puj* mihi descendendum erat, ubi rivum tabescenti<sup>49</sup> nive auctum pervadens montem adversum escendere paro. Si autem ego per hanc nivem, qua mons obductus<sup>50</sup> erat, agerem iter, inventis forte meis vestigiis me proditum iri facile intelligebam. De hoc monte rivus alter ruit ferox et de lapidibus ad lapides praecipitans et circum saxa actus in spumis indignabundus<sup>51</sup> se propripit.<sup>52</sup> Nihil remanet autem aliud, quam ut in hoc rivo ascendam clivum et per lapides lubricos<sup>53</sup> labens libransque<sup>54</sup> me satis alte enitus<sup>55</sup> et ex aqua egressus gelidā per nives molles clivi labore procedere cadens, relabensque, interim captans complectensque omnia circa, laborem, qui nec cogitatione<sup>56</sup> quidem fingi<sup>56</sup> potest, impendo patiorque. Sed etiam per asperrima<sup>57</sup> dorsum montis mihi ascendendum est, interdum vestimentum conglaciatum<sup>58</sup> omni gradu crepat,<sup>59</sup> frangiturque et ego glacie obductus sudore madeo.<sup>60</sup> Loco quodem plano apud ignem vescor meque versans flammis siccari et incalescere<sup>61</sup> studeo.

Properandum autem, quia hodie ex hoc loco clivus 3000 cubitorum<sup>62</sup> altus superandus mihi est, nisi frigore confici velim. Ceterum, si nunc, in his calceamentis, quae clavos<sup>63</sup> acutos non habent, in hac nive mollescenti non experirer ascensum — periclitans<sup>64</sup> perire in nivibus de monte devolutis (vulgo: lavina) — in nive congelata<sup>65</sup> ascendens, delapsus sine dubio usque ad imam vallem praecipitarem et nihil de me nisi lineam sanguinolentam remansuram, expertus<sup>66</sup> montivagus<sup>67</sup> certo scio. Calceamenta

<sup>29</sup> lövészárok = Schützengraben      <sup>30</sup> bádogcsajka = Blechschale      <sup>31</sup> rőzse = Reisig      <sup>32</sup> kijátszani = täuschen  
<sup>33</sup> friss = frisch      <sup>34</sup> ízlik = es schmeckt      <sup>35</sup> kibír = aus halten      <sup>36</sup> sütkérezni = sich sonnen      <sup>37</sup> szemhéja = Augenlider      <sup>38</sup> felébred = erwachen      <sup>39</sup> fázás = Frieren  
<sup>40</sup> parázs = Glut      <sup>41</sup> éleszt = anfachen      <sup>42</sup> pirított = geröstet      <sup>43</sup> ellátva = versehen      <sup>44</sup> meredek = steil  
<sup>45</sup> erőltetett = angestrengt      <sup>46</sup> rőzse = Reisholz      <sup>47</sup> nagylángú = lodernd      <sup>48</sup> földönfutó = landflüchtig      <sup>49</sup> ol vadó = schmelzen      <sup>50</sup> fedett = bedeckt      <sup>51</sup> méltatlan kodva = mit Unwillen      <sup>52</sup> elrohan = fortstürzen      <sup>53</sup> sikamlós = schlüpfrig      <sup>54</sup> egyensúlyozva = sich in Gleichtgewicht halten      <sup>55</sup> magát felküdzi = sich emporarbeiten  
<sup>56</sup> elképzel = sich etw. vorstellen      <sup>57</sup> a legnagyobb megpróbáltatások = die grösste Widerwärtigkeit      <sup>58</sup> összefagyott = zu Eis gefroren      <sup>59</sup> zörög = knistern      <sup>60</sup> nedves vagyok = triefen      <sup>61</sup> felmelegedni = sich erwärmen  
<sup>62</sup> könyöknyi = Elle      <sup>63</sup> szeg = Nagel      <sup>64</sup> kockáztat = riskieren      <sup>65</sup> megfagyott = völlig gefroren      <sup>66</sup> tapaszta = erfahren      <sup>67</sup> turista = Bergsteiger



autem in aquā dissoluta<sup>68</sup> non promittunt<sup>69</sup> mediū portare. Super caput duo vultures gyran-  
tur.<sup>70</sup> Quid spectant, quid manent? Me? De  
loro<sup>71</sup> sclopeti fascias<sup>72</sup> mucrone scindens haec  
misera calceamenta affirmare contendō. Et  
tum age, sine mora! Antequam autem dor-  
sum attingerem montis, ad murum niveum  
— horrendum visu — 45 cubitorum pēveni,  
qui superari vi humanā nequāquam potest.  
Sol ultra murum humilis meat, hic in umbra  
gelida, prope finem<sup>73</sup> periculum extremum im-  
minere, geluque ossa penetrare<sup>74</sup> per madida  
vestimenta sentio, vulturesque continue alis  
immobilibus in orbem circumagi<sup>70</sup> cerno. Se-  
cucus autem vestigia rupicaprarum<sup>75</sup> ecce ri-  
mam<sup>76</sup> per murum, per quam via fit ad sum-  
mum verticem,<sup>77</sup> infra quem crepusculo<sup>78</sup> ap-  
propinquante silva magna nigrescit,<sup>79</sup> ubi me  
ignis et vita manet. Gratias tibi, Deus libe-  
rator!

(Continuabitur.)

<sup>68</sup> szétázott = zerweicht   <sup>69</sup> igér = versprechen   <sup>70</sup> köröz =  
kreisen   <sup>71</sup> szíj = Riemen   <sup>72</sup> szalag = Streifen   <sup>73</sup> cél = Ziel  
<sup>74</sup> behatol = hineindringen   <sup>75</sup> zerge = Gemse   <sup>76</sup> rés =  
Spalte   <sup>77</sup> a tető = Gipfel   <sup>78</sup> alkonyat = Abenddäm-  
merung   <sup>79</sup> sötétedik = schwarz werden

## Quomodo Cicero occisus fuerit? (2)

Excerpta ex opere H. Eulenbergii, quod «Cicero der Rechts-  
anwalt, Redner, Denker und Staatsmann» inscribitur. —  
Latine redditum Aem. Láng.


Cicero fraterque eius Quintus cum se inter  
proscriptos M. Antonii relatos<sup>26</sup> esse audirent,  
consilium ceperunt in Macedoniam migrandi,  
ubi se partibus<sup>27</sup> Bruti adiungerent. Quintus,  
qui omnia, quae ad iter necessaria erant, etiam  
Tusculi parare potuisset, tamen quocumque  
modo prius Romam redire statuit.

Impossibile ei videbatur Romam atque  
Penates paternos relinquere, quin eos iterum  
repeteret. Abiturus supremum<sup>28</sup> alloquitur fra-  
trem, quem flentem flens amplexu tenebat  
imbre<sup>29</sup> per genas utriusque usque cadente.

Quintus dein in Urbem profectus est, ubi  
plura sibi cara colligeret. Filius se comitem  
itineri patris adiunxit. Vix Romam advenerat,  
cum iam a servis suis proditus est delatoribus<sup>30</sup>  
M. Antonii, qui — canes venaticos<sup>31</sup> diceret  
eos — per multos dies prope domum odora-

bantur omniaque pervestigabant eique insidia-  
bantur.

Qua occasione filius Quinti virtutes animi  
indicavit.<sup>32</sup> Pater a filio abditus uspiam<sup>33</sup> in  
domo ita latebat, ut reperi nullo modo  
potuerit. Ideo filius gravissimis atque exquisi-  
tissimis<sup>34</sup> tormentis<sup>35</sup> excruciat, neque ta-  
men confessus est, ubi pater esset. Cum autem  
tortores<sup>36</sup> iterum tormentis confessionem ex-



Tripus (pag. 88.).

pressuri erant, pater, qui tantum dolorem  
perferre nequivit, exterritus, amens latebris  
se<sup>37</sup> proripuit<sup>37</sup> foras<sup>37</sup> et clamabat: adsum,  
adsum, quem quaeritis, adsum, in me conver-  
tite ferrum, me occidite, sed filio meo parcite!

Tum novum<sup>38</sup> certamen inter ambos fit:  
pater pro filio, filius pro patre vitam profun-  
dere vult. Nobili certamini duri tortores mo-  
dum faciunt. Ambos derisos<sup>39</sup> concidunt, ut a  
M. Antonio duplices mercedes pro capitibus  
eorum abscisis exigant.

<sup>26</sup> felvenni = aufnehmen   <sup>27</sup> párt = die Partei   <sup>28</sup> élé-  
tében utoljára = zum letzten Male im Leben   <sup>29</sup> könnyár,  
könnyzapor = Tränenstrom   <sup>30</sup> besúgó = Angeber   <sup>31</sup> va-  
dászkutya = Jagdhund   <sup>32</sup> elárul = offenbaren   <sup>33</sup> valahol =  
irgendwo   <sup>34</sup> különleges = auserlesen   <sup>35</sup> kínzóeszköz =  
Marterwerkzeug   <sup>36</sup> kínzó, hóhérlegény = Folterknecht  
<sup>37</sup> előohan = hervorstürzen   <sup>38</sup> szokatlan = ungewohnt  
<sup>39</sup> kigúnyol = verspotten

Cicero post abitum fratris eiusque filii uidis<sup>1</sup> oculis suum Tusulanum, delicias<sup>2</sup> suas aestivas<sup>2</sup> lustrabat: praetorium<sup>3</sup> cum porticu ampla, balneum<sup>4</sup> splendidum, bibliothecas<sup>5</sup> ad orientem spectantes, in quibus loculamenta<sup>6</sup> tecto tenus exstructa erant, mensas Delphicas,<sup>7</sup> imprimis autem monopodium,<sup>8</sup> cuius orbem<sup>9</sup> citreum<sup>10</sup> in Africa sectum sestertium quingentis milibus emit, deīn vasa ex aere Corinthio in abacis<sup>11</sup> exposita. Ex praetorio in hortum abiit, ut areolis<sup>12</sup> floribus<sup>12</sup> vestitis<sup>12</sup> atque xystis,<sup>13</sup> in quibus nuperrime cum Octaviano, pessimo omnium proditorum<sup>14</sup> inambulabat, valediceret. Mensis November iam exiturus erat et magna multitudo rosarum, quarum odoribus suavissimis saepissime delectabatur, extremum, «vale» ei afflare<sup>15</sup> videbantur.

Cicero primum Asturam ire statuit. Quod oppidulum prope mare, haud longe ab urbe nunc Nettuno nominata, circa sexaginta chilometra a Roma ad meridiem situm erat. Ibidem villam possidebat, quam paucis horis attigit. Sed inquietus diebus aliquot interpositis navi Circeios vectus est. Cui loco — et monti et oppido — nomen Circe dedit, maga<sup>16</sup> illa famosissima,<sup>17</sup> filia Solis, quae, Sarmatarum rege, cui nupserat, veneno sublat<sup>18</sup> regnoque parto, cum crudelius imperaret, ab incolis pulsa in Italianam profugit et in monte Latii, herbarum feracissimi<sup>19</sup> sedem delegit.

Cicero consilium iterum mutavit. In<sup>20</sup> animum<sup>20</sup> induxit<sup>20</sup> Romam redire. Et quidem, uti mos est eorum, qui incerti sunt, quid agent, contumaciter<sup>21</sup> perseverabat<sup>22</sup> se pedibus<sup>23</sup> Romam iturum esse. Dum ibat, secum<sup>24</sup> mussitabat<sup>24</sup> se clam<sup>25</sup> in domum Octaviani ingratissimi intraturum et ibidem ad Lares familiares se occisurum. Quō facto Furias, deas vindices facinorum et scelerum concitare voluit, ut Octavianum, hominem fraudulentissimum et male sibi conscientiam cruciatu fraudis et angore conscientiae agitarent insectarenturque, ut quondam Orestem.<sup>26</sup>

Iam a mari iter XXII chilometrorum cum<sup>27</sup> summa<sup>27</sup> indignatione<sup>27</sup> servorum comitantium fecit. Cicero verisimiliter animo C. Iulium Caesarem repraesentavit,<sup>28</sup> quocum pedibus iter fecit, cum ille ex rheda<sup>29</sup> desiluit, ne virum consularem clarissimumque Romanorum oratorem coram stantem veniamque<sup>30</sup> petentem

cerneret. Homines, qui nunc temporis rerum potiuntur — sic secum animo cogitabat — illi carnifices<sup>31</sup> inani superbia tumentes<sup>32</sup> non sunt digni, qui cum C. Iulio Caesare, viro saltem<sup>33</sup> humanitatis artibus polito<sup>34</sup> comparentur. Subito tormenta<sup>35</sup> in mentem veniunt. Et virum acerbo fato exagitatum metus tormentorum perterret, quibus proscripti Rōmae ab illis iugulatoribus<sup>36</sup> excruciantur. Animo iam videt et sentit omnes animi et corporis cruciatus sibi imminentes. Cernit se, ut flagellatur,<sup>37</sup> ut in crucem rapitur, ut in rotam<sup>38</sup> ascendet, ut sibi stipes<sup>39</sup> per medium corpus adigitur.<sup>40</sup> Quid igitur faciat? ! Magna et difficilis quaestio proximis diebus toties repetita! Paulisper deliberat, quid optimum factu sit. Dein servis, qui dubii astabant, praecipit: in Formianum! Quod praediolum erat ad Formias<sup>41</sup> in Latio hand longe a portu Caietano. Haec villa Ciceroni praecipue cordi<sup>42</sup> erat,<sup>42</sup> quia amoenum erat receptaculum,<sup>43</sup> ubi saepius otium in libris conscribendis consumpsit.

*Finis sequetur.*

<sup>1</sup> könnyező = tränend   <sup>2</sup> kedvenc nyári tartózkodóhely = Lustort für den Sommer   <sup>3</sup> fényes úrlak = Herrenhaus (Landhaus)   <sup>4</sup> fürdő = Bad   <sup>5</sup> könyvtárszobák = Büchersäle   <sup>6</sup> polcrekesz = Fach für Bücher   <sup>7</sup> Hae mensae Delphicae nominabantur, quia ad similitudinem tripodis, in quo Delphis in templo Apollinis Pythia insidebat, elaboratae sunt   <sup>8</sup> est mensa uno tantum pede suffulta   <sup>9</sup> kerek asztalapp = runde Tischplatte   <sup>10</sup> citrus est arbor odorata, quae in Africa plurima nascitur, ex qua nobilia supellecilia ingentis pretii elaborabantur. Lignum eius pulchre crispum (erezett = maserig) et contra omnia vita validissimum erat   <sup>11</sup> diszásztal = Prunktisch   <sup>12</sup> virágág = Blumenbeet   <sup>13</sup> nyílt sétahely = freie Promenade. Xysti apti erant ambulationibus et collocutionibus hominum, consitis arboribus ad umbram, floribus ad odorem et sedilibus ad quietem   <sup>14</sup> áruló = Verräter   <sup>15</sup> feléje illatozni = entgegen duften   <sup>16</sup> varázslónő = Zau-berin   <sup>17</sup> hirhéd = berüchtigt   <sup>18</sup> láb alól eltesz = jmd aus dem Wege räumen   <sup>19</sup> termékeny = fruchtbar   <sup>20</sup> elhatároz = sich entschliessen   <sup>21</sup> makacsul = eigensinnig   <sup>22</sup> kitart amellett, hogy = dabei beharren   <sup>23</sup> gyalog = zu Fuss   <sup>24</sup> magában mormog = leise vor sich himmurneln   <sup>25</sup> titkon = heimlich   <sup>26</sup> Orestes filius fuit Agamemnonis et Clytemnestrae. Orestes in ultiōne patris a Clytemnestra per Aegisthum interficti matrem occidit. Properea agitatus est furiis, quibus non ante liberari potuit, quam Pallas Athene eum absolverit   <sup>27</sup> a legnagyobb megütközésére = zur grössten Entrüstung   <sup>28</sup> megjelenít = vergegenwärtigen   <sup>29</sup> utazókocsi = Reisewagen   <sup>30</sup> kegyelem = Gnade   <sup>31</sup> hőhérlegények (mint szitokszó) = Henkersknecht als Schimpfwort   <sup>32</sup> fölfuvalkodik = sich aufblähen   <sup>33</sup> legálább = wenigstens   <sup>34</sup> kíművelt = gebildet   <sup>35</sup> kínzóeszköz = Marterwerkzeug   <sup>36</sup> gyilkos = Mörder   <sup>37</sup> ostoroz = geisseln   <sup>38</sup> kínzókerék = Folterräd   <sup>39</sup> karó = Pfahl   <sup>40</sup> bérver = hineinstossen   <sup>41</sup> Formiae (most = jetzt:) Mola di Gaeta   <sup>42</sup> szívhez nött = es ist etw. dem Herzen teuer   <sup>43</sup> pihenőhely = Ruhesitz




Georgius V., rex Britanniae mortuus est. Mense Maio praeterito orbis terrarum Georgio regi de 25. anno regnandi expleto gratulatus est. Nunc morbus, quo rex iam a. 1928. paene periit, iam non pepercit aegrotanti, cui viventi maximum imperium totius mundi et fere 4300 centena milia (= 430,000,000) hominum parebant. Pompei<sup>1</sup> funebri<sup>1</sup> 30 reges, reguli et praesides nationum exterarum aderant. Cum et rex Georgius in serie 128 maiorum sedecim Hungaros enumerare potuisse, et filius successorque eius princeps Vallensis, nunc iam Eduardus VIII., anno superiore bis Budapestini moratus esset, luctum nationis nostrae vexilla<sup>2</sup> atra<sup>2</sup> in aedificiis publicis privatisque proposita per 14 dies manifestabant. Equus, quo rex paulo ante mortem postremum vectus est, emeritus<sup>3</sup> neminem iam portabit. Canis fidelissimus 7 annorum nomine Susanna domino amissio adeo doluit, ut ultro cibo abstineret, dum fame periret. Imago nostra regem mortuum in lecto funebri (vulgo: catafalco) positum absque quattuor filiis custoditum ostendit.

Rudyardus Kipling, scriptor clarissimus Britannicus fabularum<sup>4</sup> Romanensium<sup>4</sup> atque poëta silvae vetustae intactaeque (vulgo: dsungel) paulo ante Georgium regem 71 annos natus obiit. Narratiunculam puerilem a Georgio Kaul latine redditam mense proximo edituri sumus. Praeterea obitum<sup>5</sup> Cardinalis Sincero catholici, mortem autem Condylis fortissimi

inopinatam,<sup>6</sup> qui nuper regem in Graeciam reduxit, Graeci lugent.

In Aegypto tumultus nondum sedari<sup>7</sup> potuerunt. Praecipue catervae iuvenum studiosorum Anglis maledicentes etiam custodibus publicis resistunt, qui siphone<sup>8</sup> vigilum<sup>8</sup> atramentum,<sup>9</sup> quod ablui<sup>10</sup> non potest, seditionis asperserunt, quo magis ita denotatos, etiamsi diffugissent, postea cognoscerent et comprehendenderent. Quae contentio civilis praeter discordiam inter Italos Britannosque effecit, ut absentibus iis, qui voluptatis.<sup>11</sup> causa<sup>11</sup> in Aegyptum ire<sup>11</sup> solent, commeatus<sup>12</sup> minueretur, pluraque deverso-



riorum<sup>13</sup> magnorum<sup>13</sup> portas claudere cogèrentur.

In Abyssinia meridionali Itali hostibus victis plus 200 chiliometra procedere in urbem Addis Abebam versus processerunt.

Recensus populi nuntiatur ex urbibus Madrido et Budapestino. Caput Hispaniae 991 milia, urbs autem nostra 1060 milia incolarum habet.

In Turcia certamina pulchritudinis feminorum vetita sunt, pro quibus quotannis certamen optimarum matronarum instituetur, et

<sup>1</sup> gyászmenet = Leichenzug    <sup>2</sup> gyászlobogó = Trauerafahne    <sup>3</sup> nyugalomba helyezve = im Ruhestand    <sup>4</sup> regény = Roman    <sup>5</sup> elhúnyta = Tod    <sup>6</sup> váratlan = unvermutet    <sup>7</sup> lecsillapít = beruhigen    <sup>8</sup> tűzoltófejekendő = Feuerwehrspritze<sup>9</sup>    <sup>10</sup> tinta = Tinte    <sup>11</sup> lemos = abwaschen    <sup>12</sup> kéjutazást tesz = Lustreise machen    <sup>13</sup> idegenforgalom = Fremdenverkehr    <sup>13</sup> szálloda = Hotel

victrix praeter titulum «regina matrum familiarum»<sup>14</sup> etiam praemium 10.000 nummorum accipere dicitur.

In Batavia lex de peregrinatione mox perferenda edicit, ut voluptatis causa peregrinantibus tributum<sup>15</sup> imponatur.<sup>15</sup> Unde curatores aerarii redditus reipublicae 300 centenis milibus florenorum auctum iri sperant.

Bruxellis cum operarii aedificia expositionis mundanae demolirentur,<sup>16</sup> multitudo innumerable murum<sup>17</sup> rattorum<sup>17</sup> ibi latentium extorris inopiā ciborum urbem invasit, cui brevitatem detrimentum<sup>18</sup> intulit,<sup>18</sup> ut fere bellum bestiis rodentibus insatiabilibus inferendum esse magistratibus videretur.

In Servia tabulae geographicae editae sunt, in quibus etiam Hungaria iam mutilata in tres partes divisa a Servianis, Rumenis, Bohemisque occupata est. Quae audienti in mentem venit fabulae Aesopi, ubi «fictis causis innocentes opprimuntur».

**Dies anniversarii:** 100 annis ante condita est *Societas Kisfaludyana* et tum scripsit poëta noster, Michael Vörösmarty Cohortationem :

«Tu patriae constanter es  
fidelis, Hungare!»

Christianus Sinding auctor musicus Norvegorum 80., Rolandus Romain scriptor Gallicus 70. annum vitae expletum celebrat. Acta<sup>19</sup> diurna<sup>19</sup> Vaticana «Osservatore Romano» ante 75 annos condita sunt. Automobile primum a Benzio Daimleroque constructum iam 50 annos notum est. *Societas Radiophonica Budapestensis* nuper annum ex quo condita est decimum explevit.

<sup>14</sup> háziasszony = Hausfrau    <sup>15</sup> megadóztat = besteuern  
<sup>16</sup> lebont = abbrechen    <sup>17</sup> patkány = Ratte    <sup>18</sup> hon-talanná vált = vertrieben    <sup>19</sup> kárt okoz = Schaden anrichten    <sup>20</sup> hírlap = Zeitung

## Libri dono accepti.

*Hegedüs Loránt:* Túl az óperencián. Mesekönyv a kis unokámnak. Budapest, 1935. Sylvester kiadása.

*Az új Révai Nagy Lexikona.* Gazdag illusztrált prospektus. Budapest, 1935. Révai Irodalmi Intézet.

*Kiss József:* Az egységes magyar gyorsírás tankönyve. III. rész : Beszédirás. II. kötet. Budapest, 1935. Stephaneum. Ára 1.50 pengő.

*Csehely—Radnai:* Nagy rövidítésgyűjtemény.

Az egys. magy. gyorsírás könyvtára. 106. sz Budapest, 1935. Ára 2 pengő.

*Miklós János:* Beszédirási feladatok példatára. Budapest, 1935. Szerző kiadása. Ára 70 fillér.

*Helsingin Suomalainen:* Normaali Lyseo 1934—1935. Helsinki.

*Tittö:* Normaali Lyseo 1934—1935. Helsinki. Rózsák szentje naptára az 1936. évre. Stephaneum-nyomda. Budapest. Ára 1 pengő.



Adalbertus, rex Sueciae aliquando venatum ivit et ad vesperum cum frigesceret,<sup>1</sup> servos pallium<sup>2</sup> pellicium<sup>2</sup> afferre iussit. Quibus auditis praeceptor, qui regem iam puerum litteris et artibus instruxerat, discipulum monuit reges numero plurali maiestatis uti solere, quare : «Ita, Domine Auguste,<sup>3</sup> debebas<sup>4</sup> dicere : Date Nobis pallium Nostrum !» Adalbertus subridens affirmabat se praeceptori bene monenti oboediturum esse. Paulo post, cum ventus frigidior flaret, rex dixit : «Ah, dentes Nobis valde dolent !» At praeceptor immemor monitus superioris se nullum dolorem sentire respondit. «Iam intelligo, carissime magister — inquit ille — pallium commune esse nobis. At dolorem mihi reliquisti.»

**Victor Hugo**, poëta clarissimus, cum a *Francisco Coppée* ad cenam invitatus est, inter cenandum, ut mos est, hospiti, item poëtae celeberrimo gratificari<sup>5</sup> voluit et : «Agite amici, propinemus<sup>6</sup> poculum poëtis poësique !» Coppée autem blande interfatur : «Hic tantum unum poëtam in medio habemus.», quasi dicere vellet, Victorem Hugo solum esse convivarum poëtam. At ille : «Num me pro nihilo habetis?» reddit humane<sup>7</sup> ac eleganter, quasi Coppée solus nomine poëtae dignus esset. Nihil magis quam hic casus urbanitatem Francogallicam ad oculos demonstrat.

*Victor Kósá*  
abituriens Keszthelyensis.

<sup>1</sup> fázni kezd = anfangen zu frieren    <sup>2</sup> bunda = Pelzmantel    <sup>3</sup> felséges = Maiestät    <sup>4</sup> kellett volna = Du hättest sollen    <sup>5</sup> kedveskedik = sich gefällig zeigen

<sup>6</sup> ürit (poharat) = zutrinken    <sup>7</sup> udvariasan = höflich

### Liber omnibus corpus<sup>8</sup> exercentibus.<sup>8</sup>

Clarissimus Americanorum diurnarius<sup>9</sup> gymnicus<sup>9</sup> Robertson, «iuvenis» 74 annos natus, qui nuper Hamburgi in certamine pugilatorum\* Schmeling—Steve Hamas munere arbitrii<sup>10</sup> puctorum<sup>10</sup> functus est, percontatoribus,<sup>11</sup> qui maximus vitae eventus\* fuissest interrogantibus respondit: Quadam auctione<sup>12</sup> hastae<sup>12</sup> Neo-Eboraci<sup>13</sup> 5 dollaribus ingentem cistam emi nescius, quid cista gravis contineret. Ubi deinde 5000 librorum<sup>14</sup> divinorum<sup>14</sup> parvorum inveni. Quae quantitas nimia mihi esse videbatur. Nuntio<sup>15</sup> publicato omnes qui in Civitatibus Foederatis Americanis corpus exercent, aures<sup>16</sup> arreverunt,<sup>16</sup> nam nuntius his verbis scripta erat: «Liber venalis<sup>17</sup> prostat,<sup>17</sup> quo omnibus corpus exercentibus opus est. Premium — tantum 1 dollar — ad Robertson mittendum est.»

Eventus singularis erat. Nemo erat, quin librum habere vellat. Dollaribus pluebat et mox maledictis.<sup>18</sup> Quin etiam erant, qui ad iudicem currerent. In iudicio splendide absolutus sum, iudex enim affirmavit re vera de libro agi,<sup>19</sup> quem omnes corpus exercentes habere necesse esse. Americani autem per hebdomades<sup>20</sup> historiam meam libri divini ridebant.

Andreas Puszta  
abituriens Agriensis.

<sup>8</sup> sportoló = Sportler    <sup>9</sup> sporttudósító = Sportjournalist  
 \* ökölvívó = Boxer    <sup>10</sup> pontbiró = Punkterichter    <sup>11</sup> interjút kérő = Interviewer    <sup>12</sup> siker = Erfolg    <sup>13</sup> árverés = Versteigerung    <sup>14</sup> New-York    <sup>15</sup> biblia = Bibel    <sup>16</sup> hirdetés = Anzeige    <sup>17</sup> felfigyel = aufhorchen    <sup>18</sup> eladó = zu verkaufen    <sup>19</sup> gorombáság = Grobheit    <sup>20</sup> van szó = es handelt sich um etw.    <sup>21</sup> hétf = Woche

### Hypatia.

(18.)

Scripsit Carolus Kingsley, Hungarice reddidit Arpadus Zigány. Excerpsit atque in Latinum convertit: Valentinus Fehér.

Philammo circumspexit arma aut fustem,<sup>39</sup> quo se defendere posset; sed nihil erat sub manu.<sup>40</sup> Monachi ante et circa eum salientes ferociter ei pugnos<sup>41</sup> minitabantur. «Mittite! — anhelat<sup>42</sup> Philammo. — Deus testis est me non esse haereticum, hoc scit etiam patriarcha.»

Monachis paulisper haesitantibus adolescens ferociter clamans eos perrumpit et quamquam monachi statim eum persecui coeperunt, tamen contigit ei exsilire in viam, ubi legatio tum

ipsum a praefecto redibat. «O amici! — ait anhelans archidiaconus,<sup>43</sup> princeps legatorum — soli Deo debemus, quod adsumus. Praefectus enim postquam duas horas nos ante portas moratus est,<sup>44</sup> emisit praetorianos et lictores cum fascibus et securibus.» — «Adeamus patriarcham! — clamant monachi omnesque in aedes irruunt.»

Philammo dubitabat, qua iter teneret. Ut navis spoliata gubernaculis in mari procelloso, sic Philammo in viis sine consilio huc illuc ibat. Diu erravit, cum repente nescio quo modo ante Museum stetit. Non erat ei satis exploratum,<sup>45</sup> quomodo illuc venisset, sed quoniam ibi erat, quiescendi causā subsedit in porta Musei in gradibus marmoreis. Ibi dum de Hypatia cogitat, somno oppressus est. Sol iam pridem ortus erat, cum experrectus est.<sup>46</sup> Cum oculos aperuisset, ianitorem ante se stare vidit. «Tu non es, amice, in templo? — ait Eudaemo. — Aspice dum, ut omnis sanctorum conventus<sup>47</sup> in Caesarium infundatur.»

Philammo haesitabat. Cum tamen animus eius allevamentum<sup>48</sup> ac consolationem desideraret, omnia narravit Eudaemoni et postremo etiam rogavit, ut inveniret sibi aliquid operis, quo victum<sup>49</sup> sibi quotidianum quaerere posset. «Quorsum iste sermo? — indignatur ianitor. — Quamdiu ego habeo unam offam,<sup>50</sup> ne amicus quidem Hypatiae esuriet.»

Et ianitor Philammonem duxit in magnam veteremque domum, cuius in cavaedio multi pueri ludebant. Casam, quae erat in extremo cavaedio, Eudaemo incolebat. «Heus, Iuditha, ubi tempus teris?<sup>51</sup> — clamat Eudaemo, ut intrarunt in puram culinam,<sup>52</sup> ubi suavis odor opti<sup>53</sup> piscis in nares<sup>54</sup> Philammonis ferebatur. — «Propera, nigra Venus et saluta hospitem, quem adduxi.»

E cubiculo mulier Aethiops venit et virum Philammonemque salutavit. Tum duos catinos<sup>55</sup> et pisces in mensa posuit. Sed vix Philammo primam ori suo offam intulerat, cum

<sup>39</sup> fütykös = Knüttel    <sup>40</sup> keze ügyében = in der Nähe    <sup>41</sup> ököl = Faust    <sup>42</sup> liheg = keuchen    <sup>43</sup> föesperes = Erzdechant    <sup>44</sup> megvárakoztat = aufhalten    <sup>45</sup> tisztaban van = gewiss wissen    <sup>46</sup> felébred = erwachen    <sup>47</sup> gyülekezet = Gemeinde    <sup>48</sup> megkönyebbülés = Erleichterungsmittel    <sup>49</sup> megélhetés, kenyér = Unterhalt    <sup>50</sup> falat = Bissen    <sup>51</sup> lebzsel = vergeuden    <sup>52</sup> konyha = Küche    <sup>53</sup> rántott = Back    <sup>54</sup> orr = Nase    <sup>55</sup> tányér = Teller

repente Iuditha magnum exclamans in eum invecta flens, cachinnans<sup>56</sup> amplexi atque osculari coepit. Tum ianitor exsilit et ferociter rudens<sup>57</sup> longum cultrum arripit : «Quid hoc rei est, animal impudens !? — ululat<sup>58</sup> Eudaemo cultrum furiose coruscans.»<sup>59</sup> — «O carissime coniunx — singultat mulier — ignosce mihi, sed hoc facere coacta sum. Adolescens enim iste monachus nuperā<sup>60</sup> nocte me a Iudaeis servavit.» — «Ah! — inquit ianitor. — Quiesce, Erebi filia; nam ignosco tibi, quod es tantum animal muliebre. Tu vero, puer, veni huc, ut te complectar. Ita. Nunc di tibi rependant, quod fecisti, atque ut maior sit laetitia, affer, femina, cito duo pocula vini malini.»<sup>62</sup>

Cum iam ultima quoque offa piscis consumpta esset neque ulla in poculo vini gutta<sup>63</sup> mansisset, Philammo surrexit et Deo gratias egit. Iuditha suppressa voce respondit. «Amen» et vasa de mensa sustulit. Interea Philammo et Eudaemo, quod tempus erat Hypatiam adeundi, manus lavarunt. «Uxor tua est Christiana? — quaerit ex ianitore Philammo, cum iam in plateau egressi essent.

«Ita — respondet Eudaemo caput scabens.<sup>64</sup> — Scis enim mulieres omnes esse superstitiones<sup>65</sup> ac stultas, praecipue has Aethiopes. Quamquam hanc bonam mulierem esse constat.» — «Habesne inquilinos?»<sup>66</sup> — «Inquelinus semper invenitur. Nunc matrona nobilis apud nos habitat; at hoc nil meā refert. Sed in domo posteriore habeo cubiculum, quod utile tibi fore censeo.»

Philammo pro condicione<sup>67</sup> ianitoris gratias egit, quamquam nesciebat, licet retne sibi accipere, quod nullam haberet pecuniam. Sed dum hoc ruminatur,<sup>68</sup> ad eam domum pervenerunt, adversus quam proxima nocte dormierat. Eudaemo tradidit eum servae, a qua per multa cubicula et porticus<sup>69</sup> introductus est in bibliothecam, ubi ipso Theone custodiente sex adolescentes libros transcribeabant.

Ubi Theo Phliammonem conspexit, statim a mensa, cui assidebat, surrexit et annictavit<sup>70</sup> ei, ut accederet. Deinde eum in cubiculum Hypatiae duxit : «Adduxi puerum — ait Theo, — Tu optasti atque ego tibi petenti satis feci.»

Tum e cubiculo egressus fores<sup>71</sup> clausit. Post longum silentium dixit Philammo : «Tu me arcessisti . . .<sup>72</sup>» *Ad numerum proximum.*

<sup>56</sup> kacag = aus vollem Halse lachen    <sup>57</sup> ordit = schreien    <sup>58</sup> üvölt = heulen    <sup>59</sup> villogtat = blitzartig bewegen    <sup>60</sup> minap = vor Kurzem    <sup>61</sup> alvilág = sötétség Unterwelt, Finsternis    <sup>62</sup> almabor = Apfelwein    <sup>63</sup> csepp = Tropfen    <sup>64</sup> vakar = kratzen    <sup>65</sup> babonás = abergläubisch    <sup>66</sup> lakó = Mieter    <sup>67</sup> ajánlat = Vorschlag    <sup>68</sup> töpreng = grübeln    <sup>69</sup> folyosó = Gang    <sup>70</sup> odaint = zuwinken    <sup>71</sup> ajtó = Tür    <sup>72</sup> hivat = herkommen lassan



Aemilius Neidenbach, consiliarius<sup>1</sup> ministerialis<sup>1</sup> centri<sup>2</sup> publici circulorum gymnicis intermedischolaribus curandis<sup>2</sup> diurnario Iuventutis percontanti respondet.

D. : Novitne Amplitudo<sup>3</sup> Vestra<sup>3</sup> Iuventutem?

N. : Scilicet. Ante hos 25 annos, cum munere magistri fungi Aradini incepi, multi disci-

pulorum meorum eam legabant; moderator autem hodiernus collega meus erat, quocum in sphaeristerio<sup>4</sup> Societatis Athleticae Aradiensis saepe pilā more Britannico exercebamur.<sup>5</sup>

D. : [Amplitudo Vestra iam iuvenis corpus summo studio exercuisse eventusque<sup>6</sup> gymnasticos pulcherimos secuta<sup>6</sup> esse dicitur.

N. : Eo tempore nondum

<sup>1</sup> miniszteri biztos = Ministerial-Kommissär    <sup>2</sup> Középisk. Sportkörök Orsz. Központja = Landeszentrale der Mittelschulsportvereine    <sup>3</sup> nagyságod = Euer Gnaden    <sup>4</sup> tennispálya = Tennisplatz    <sup>5</sup> tenniszezni = Tennis spielen    <sup>6</sup> eredményt elér = Erfolg erreichen




cumuli<sup>7</sup> agitabantur,<sup>7</sup> sed finem illum pulcherimum, quae a Graecis «kalokagathia» nominata est, petebamus et exercitationem gymnicorum delectationem existimabamus. Sic ego quoque magister mathematicae et physicae diploma gymnicorum docendorum quoque comparavi. Didici in cursu<sup>8</sup> disciplinae<sup>8</sup> a BEAC habito speciem luctandi «dsiu-dsitsu» dictam illam Iaponicam, quam artem<sup>10</sup> se defendendi etiam nunc in Academiā<sup>9</sup> Corporibus<sup>9</sup> Educandis<sup>9</sup> iuvenes doceo. In folle<sup>11</sup> pedibus<sup>11</sup> mittendo<sup>11</sup> portam defendebam in catervā<sup>12</sup> victri Aradinensi, haud secus principatum in exsiliendo<sup>13</sup> Hungariae Meridianae asssecutus sum. Praeterea fidelis pilis more Britanlico exercendis summo studio eram maneoque etiam hodie. Nuper in certamine generationum duarum, ubi pater filiusque cum patre filioque certant, 51 iam annos natus etiam adversus iuniores adversarios cum honore constiti.

D.: Quae sunt Vestra consilia futura?

N.: Primum in deversorio<sup>14</sup> recreandi<sup>14</sup> Fani<sup>15</sup> Sancti-Andreae<sup>15</sup> centri vulgo «Kisok» dicti exaedificando et evolvendo labore. Hic adhuc 300 discipuli in cabannis<sup>16</sup> collocati cetervatim centeni aestatem<sup>17</sup> transigere<sup>17</sup> poterant. Sunt lintres viginti variae gymnicis<sup>18</sup> aquilibus<sup>18</sup> (ut nando et remigando) exercendis. Sed occasionem etiam rerum athleticarum, follis pedibus mittendi, etc. parare volo. Piscinam<sup>19</sup> in hippodromo<sup>20</sup> citatorum equorum<sup>20</sup> constituer pauperibus vicinis cupio, ut etiam ii se in nando exercere possint. Delegati ludis Olympicis edendis Germanici 30 discipulos gymnasiorum nostrorum a finibus Germanicis usque ad urbem Berolinum et retrorsum gratuitā viā ferratā et frumentatione totā invitaverut. Quam excursionem administrandam et ducendam Consilium Corporibus Educandis mihi commisit.

Diurnario rogante consiliarius monumenta sua ad res gymnicas pertinentia monstrabat, quorum nummum<sup>21</sup> Universitatis Scientiarum Petri Pazmani plurimi facit, quem ante hos



sex annos acceperat, item nummum aureum Consilii Corporibus Educandis, quem pro munere relatoris<sup>22</sup> 7 annorum accepit, cum aestate praeteritā consiliarius ministerialis nominatus hoc magistratū se abdicavit. Postremo, cum diurnarius in nomine Iuventutis gratias egit, consiliarius libenter promisit se lectores de eventibus ludorum Olympiacorum certiores facturum esse, simul imaginem hic publicatam tradidit, quae vallum Garmisch-Partenkirchense exercitationis<sup>23</sup> nocturnae causā lampadibus electricis illuminatum ante oculos ponit.

D. Kövendi.

<sup>7</sup> rekordokat hajhászni = nach Rekorden jagen    <sup>8</sup> tanfolyam = Lehrgang    <sup>9</sup> Testnevelési Főiskola = Hochschule für Leibesübungen    <sup>10</sup> eszköz = Mittel für...  
<sup>11</sup> labdarúgás = Fussball    <sup>12</sup> csapat = Mannschaft  
<sup>13</sup> magasugrás = Hochsprung    <sup>14</sup> üdülőtelep = Erholungsheim    <sup>15</sup> szentendrei = von Sankt Andrä    <sup>16</sup> kabin = Kabine    <sup>17</sup> nyaralni = in der Sommerfrische weilen  
<sup>18</sup> vízi sportok = Wassersport    <sup>19</sup> vízmedence = Wasserbassin    <sup>20</sup> ügetőversenypálya = Trabrennplatz    <sup>21</sup> érem = Medaille    <sup>22</sup> előadó = Referent    <sup>23</sup> tréning = Training



## Iocosa.

Mathias, rex Hungariae olim, cum in regionibus rusticis ambulabat, unum ex agricolis appellavit: «Cur est barba tua tota nigra, sed crinis tuus albus?» Agricola respondit: «Barba mea nigra est, quia viginti annis est iunior mei». Mathias laetum agricolam regaliter<sup>1</sup> donavit.

*Josephus Kaptay disc. Tataiensis.*

Iuvenis olim filiam hominis ineruditam amatam vocis ac fidium cantu (vulgo: *serenatā*) celebrare voluit. Pater puellae cantu auditu iratus magnā voce iuveni inclamat: «Quid vis nunc tempore noctis?» «Serenatam filiae tuae affero!» respondet iuvenis. — «Quid? — stupescit<sup>3</sup> pater, qui nunquam hoc vocabulum audivit. — Serenatam filiae meae? Hem! ... Bene facis! ... Illa nunc dormit, sed pone tantum, mi fili, serenatam in fenestrā! Primā luce illic invenietur!»

\*

*Filius:* «Quaeso<sup>4</sup>, patercule!»

*Pater:* «Quid vis, mi filii?»

*Filius:* «Quaeso, patercule, verum ne est esse etiam canes tam magnos, quam te?»

*Emericus Kolona disc. Budapestinensis.*

*Disc.:* «Domine Magister, quaeso, te de cerebro<sup>5</sup> dictorum esse promisisti!»

*Mag.:* «Scio, sed nunc aliud in capite habeo.»

\*

Aristides dicit amico Tassiloni:

— Amice, nunc telegramma accepi de natu nepotis. Sed illud non continent, utrum puer an puella sit. Sic nescio, utrum avus<sup>6</sup> an avia<sup>6</sup> sim». *Magdalena Jóboru disc. Kunszentmiklósiensis.*

«Deus omnia dat hominibus, quae ab eō petunt.» — praedicat missionarius paganis.<sup>7</sup> Quibus auditis quidam paganōrum rogans a Deo viginti denariōs epistolam scrispsit, quam tradidit missionario. Is non potuit plus quindecim denariis conquirere, quibus acceptis paganus alteram epistolam scrispsit, gratiā agens

et rogans Deum, nē postea denariōs per hunc missionarium mitteret, qui etiam tunc quinque nummorum furatus<sup>8</sup> esset.

*Lad. Mihácsik disc. gymn. Univ.*

**Omnia sunt relativa!** Magister dē agnulo in oboidenti, qui a lupo devoratus est, narrat: «Videtisne pueri, si agnulus oboedienter in stabulo mansisset, non a lupo devoratus esset».

— Non ita, domine magister — dicit Fride- ricus prudens — tum a nobis devoratus esset.

\*

*Magister:* Quot horas habet dies?

*Discipulus:* Viginti quinque.

*Magister:* Quomodo?

*Discipulus:* Nonne prius tu dixisti diem iam unā horā longiorem esse?

*M. Farkas disc. gymn. Univ.*

<sup>1</sup> fejedelmi módon = Königlich    <sup>2</sup> műveletlen = unbildet    <sup>3</sup> álmélkodik = in Erstaunen geraten    <sup>4</sup> kérem = bitte    <sup>5</sup> agyvelő = Gehirn    <sup>6</sup> nagyapa, nagyanya = Grossvater, Grossmutter    <sup>7</sup> pogány = der Heide    <sup>8</sup> ellop = stehlen    <sup>9</sup> engedetlen = ungehorsam



Lindberghius aviator celeberrimus, qui primus mare Atlanticum transvolavit, totā cum familiā in Britanniam migravit timens, ne alter quoque liberorum a latronibus Americanis, vulgo «gangster» nominatis abriperetur. — Iacobus Hollyday aviator cumulorum, qui nunquam in volando calamitates passus est, domi cum filio ludens equum<sup>1</sup> eius oscillantem<sup>1</sup> concendit, sed corpus<sup>2</sup> non potuit librare<sup>2</sup> ita, ut delapsus calvā<sup>3</sup> fractā<sup>3</sup> moreretur. — Aeroplanus Britannicus «City of Chartum» pridie Cal. Ian., dum alii anno discedenti inter pocula hilari animo vale<sup>4</sup> dicebant,<sup>4</sup> defectu omnium motorum prope portum Alexandriae in mare decidit. Vectores 12 omnes perierunt. — Cum Exupery aviatore Gallico melius actum est, qui cum relicto oppido Benghasi per soli-

<sup>1</sup> hintaló = Schaukelpferd    <sup>2</sup> az egyensúlyt megtartani = Gleichgewicht halten    <sup>3</sup> koponyatörés = Schädelbruch    <sup>4</sup> búcsúzik = verabschieden

tudinem sine machina radiophonica hypsometroque<sup>5</sup> urbem Cairum perventurus volaret, per noctem tenebrosam situm<sup>6</sup> locorum circumspicere<sup>6</sup> non potuit, quamobrem cum descendere vellet, aeroplanus terrae collisus atque destrutus est. Tres dies hic aviator cum comite siti ac fame excruciantur, dum agmine<sup>7</sup> camelorum Beduinorumque conspecto e summo discrimine servarentur.

<sup>5</sup> magasságmérő = Höhenmesser      <sup>6</sup> tájékozódni = sich orientieren      <sup>7</sup> karaván = Karawane


## Ex Carminibus Danielis Berzsenyi.

### Epigramma in Napoleontem.

Non tu, vicit libertas saecli<sup>1</sup> ingeniumque,<sup>2</sup>  
 Quae tua per terras signa<sup>3</sup> tulere cito.  
 Te populi fulgore tuo capti<sup>4</sup> venerantur.  
 Sanctum hominum fatum sub<sup>5</sup> dicione tenes,  
 Quod tua dirigit, ut libitum<sup>6</sup> infrena<sup>7</sup> vo-  
     luntas,  
 Excipiunt<sup>8</sup> palmas spinea<sup>9</sup> sertar<sup>9</sup> pias.  
 Quae manus erexit, te nunc ea pulvere<sup>10</sup> sternit<sup>10</sup>  
 A te genti hominum est nunc data<sup>11</sup> poena<sup>11</sup>  
     gravis.

Latine vertit Carolus Ács.


<sup>1</sup> kor = Zeit      <sup>2</sup> szellem = Geist      <sup>3</sup> zászló = Fahne  
<sup>4</sup> elbűvölve = geblendet      <sup>5</sup> kezedben = Gewalt      <sup>6</sup> kényed-kedvend szerint = nach Willkür      <sup>7</sup> féktelen = unbandig      <sup>8</sup> felvált = lösen ab      <sup>9</sup> töviskoszorú = Dornenkranz      <sup>10</sup> porba sujt = wirft zu Boden      <sup>11</sup> megfizet = büßen



### De nummo acu traiecto.<sup>1</sup>

Nonne dubitatis, quin nummus acu perforari possit. Quod quamvis auditu incredibile sit, fieri tamen potest et quidem sequenti modo. Acus cortici<sup>2</sup> impellitur ita, ut cum tota ei insit, tum neuter finium excedat.<sup>3</sup> Deinde nummus duobus libris eiusdem amplitudinis et paulum distantibus imponitur corticem acu iam perforatum ferens. Quibus factis acus — malleolo<sup>4</sup> corticem cum percutimus — nummum

pertransit, quoniam chalybs,<sup>5</sup> ex quo acus constat, durior est, quam ex quo nummus est



AL. ZS.

factus, metallum. Sed scitisne, quorsum<sup>6</sup> cortice usi simus? Ne acus declinans frangatur.

### De poculo patriotico.

Poculo vitreo infunditur vinum idque rubrum et gelidum,<sup>7</sup> cui caventes, ne vinum iam infusum turbetur, aquam ferventem<sup>8</sup> superaddimus, quae propter calorem vino levior est. Quibus liquorum duobus tabulatis<sup>9</sup> guttatum<sup>11</sup> spiritum vini iam prius viridem factum affundimus. Sic in poculo colores patriae Hungaricae ordine<sup>12</sup> verso spectatores delectabunt.

Guil. Boros

<sup>1</sup> átszúr = durchstechen      <sup>2</sup> parafa = Kork      <sup>3</sup> kiáll = herausstehen      <sup>4</sup> kis kalapács = Hämmerchen      <sup>5</sup> acél = Stahl      <sup>6</sup> cur?      <sup>7</sup> jéghideg = eiskalt      <sup>8</sup> forró = heiss      <sup>9</sup> réteg = Schicht      <sup>10</sup> cseppenként = Tropfenweise      <sup>11</sup> sorrend = Reihenfolge



### Solutiones aenigmatum numeri V.

- Principiis obsta, sero medicina paratur,  
Dum mala per longas cónvaluere moras.
- Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.
- Quod mare non novit, quae nescit Ariona tellus?
- Carmine currentes ille tenebat aquas.
- Extra Hungariam non est vita.

**Aenigmátā recte dissolverunt:** Magdalena Fajcsák (*Sophianum*), Anna Mayer, Anna Gellért (*Ursulanum*), Eva Szitár, Marianna et Laura Magyar, Editha Bátori, Irene Lenkei, Susanna Mártha, Ida Goll, Martha Winter, Elvira Makláry, Martha Falk (*Theresianum*), Theresia Benkő, Agnes Lukács, Elisabetha Ivanovszky, Clara Rónai (*thgymn. P. Veresianum*), Stephanus Falbizoner,

Andreas Klein, Levente Hibbey, Ioannes Csécsei, Andréas Biró (*Fayanum*), Ioannes Wolkóber (*Madáchianum*), Tiburtius Iantsits, Ladislaus Leon (*Séchenyianum*), Edmundus Fellegi, Adamus Baldermann Tiburtius Soós (*Scholae Piae*), Eugenius Fenyőházi, Andreas et Tiburtius Szollár (*gymn. Univers.*) *Budapestinenses*. — Ladislaus Kiss, Augustinus Pavlik *Agrienses*, Franciscus Fazekas *Novo-Pestinensis*, Ladislaus Iavorik, Ladislaus Czabalay, Berényi, Gabriel László *Tataienses*, Iosephus Mencseli, Ladislaus Máté *Kaposvarienses*, Felix Fehér *Sabariensis*, Margaretha Steiner, Helena Szabó, Maria Vogl, Eva Dobó, Gabriella Funtek *Iaurinenses*. — Aenigmata numeri IV. sero solvit: Ioannes Orlay.

Praemium sorte Ioanni Wolkóber, Francisco Fazekas et Magdalena Fajsek obvenit.

1. *Syllabae quae desunt, dictum Caesaris reddunt.*

.. lum	.. attuor
.. cuples	.. bulo
.. storia	.. ulus
.. anis	.. dificium
.. ca	.. rvus
.. xtus	.. cti
.. imus	.. odecim
.. perator	.. acer
.. que	

Lad. Iavorik disc. Tataiensis.

Q  
bequa

2.  
rees  
bus

Iul. Horváth disc. Széchenyiani.

3. *Dissolvendum ad saltum equulei.*

A	de	re	ris	co	re	ter.
con	est	te	ta	den		
ra	ge	si	quam	plu	gi	pru
Mer	mer	to	runt	vo	gno	ven
res	me	par	sae	dunt.		
ces	ca	quas	e	ma	pe	

Ios. Klein disc. Debrecinensis

4.

- Notandum est: littera: qu uno numero utatur.  
 31. 20. 31. verbum negandi  
 2. 25. 2. pars maxima corporis  
 15. 16. 17. 19. numerus  
 6. 7. 19. instrumentum eundi  
 34. 35. 36. quo infantes vescuntur  
 1. 20. 1. 7. etiam

38. 22. 8. 2. 19. rex, cuius tactu omnia aurea facta sunt  
 19. 17. 18. 39. 12. 4. res opposita adverbio: «nunquam»  
 2. 3. 37. 38. 2. 19. species gemmarum  
 27. 28. 29. 30. 34. 33. 19. nihil est sine vitulo  
 6. 9. 7. 3. 26. 32. 20. 32. 5. 19. docet educatque  
 9. 10. 11. 12. 9. 13. 14. 3. initium versiculi praepositionum  
 10. 20. 10. 10. 20. 10. 21. 40. 21. 25. 2. 41. exclamatio hodierna Hungarica  
 8. 5. 41. 19. 13. 22. 4. 20. 19. 6. 7. 16. 20. proverbium  
 1... 41. Hexameter Vergilii equos citato gradu currentes illustrans.

Paulus Farkas.

Terminus aenigmatum solvendorum Non. (7. dies) Mart.

Solutiones aenigmatum sumptibus comparcendi causā singulis in scholis a magistro collectae in eodem involucro epistulae ad moderatorem mitti possunt.



M. Sandler. Maximus ago pro Tuā urbanitate gratias. Simul professori Th. Zielinski Tibique S. P. D. Proximis diebus litteris Tibi respondebo. — Querulus. Nondum audivi fuisse moderatorem, qui omnia manuscripta semper ad eandem longitudinem emetiri potuisset. Item difficile est singulas partes operum longiorum ita terminare, ut finis cuiuslibet partis etiam actionis intermissione sit. — Philologus. Fabula Romanensi nova diu non potero uti. Ceterum multo maxima pars subnotatorum narrationes nimis longas non legit et litterae, quas adhuc accepi, nihil nisi brevia variaque opuscula optant et urgent. — Georgius Egri. Iocum non intellexi. Explica. Attamen iocus, qui explicandus est, non est iocus. — M. Ióboru. Quaestiones Tuae singulares non sunt aenigmata. Ex quibus aenigma crucis vel alia similia construere non posses? — Lad. Magyar. Ad Te, care collega, literas privatas dabo. — A. Kertész et M. Fajcek. Laudo diligentiam vestram, cuius fructum proxime sub prelum missurus sum. — Aug. Mihályi. Poeticam venam non habere videris. Oratio soluta facilior est. Si vis, materiam latine reddendam tibi transmittam. — Lad. Iavorik. Quia tesserae epistolae Tuae minoris pretii erat, eius, quod deerat, altero tanto multatus sum. Ex aenigmatibus Tuis, quia nimis puerilia sunt, non nisi uno uti possum. — I. Irsik. Aenigmata illustrata propter nimios sumptus typographicos, rarissime publicare decrevi. — De ceteris manuscriptis proxima occasione.



Sumptibus Societatis Magistrorum Intermedi-scholarium Catholicorum. — A. Katholikus Középiskolai Tanáregyesület költségén.

(Praeses: DR. IOANNES KISPARTI, elnök.)